



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXXVI. Papst Johann XXII. trägt dem Probst zu Pasewalk auf, über die Beeinträchtigung zu entscheiden, welche der Ritter Dietrich von Kerkow und seine Söhne durch Erbauung einer Kapelle in der ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

Domintus Johannes, plebanus in Krechellendorp, ceteri quoque plures fide digni. Actum et datum boycenboreh, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>., Sabato post Johannis ante portam latinam.

XXXVI. Pappst Johann XXII. trägt dem Probst zu Basewalk auf, über die Beeinträchtigung zu entscheiden, welche der Ritter Dietrich von Kerkow und seine Söhne durch Erbauung einer Kapelle in der Parochie des Klosters Marienpforte demselben zugefügt hatten, am 1. Juli 1328.

Johannes, episcopus, servus servorum dei, Dilecto filio . . . . Preposito ecclesie in Pofewalc, Caminensis diocefeos, salutem et apostolicam benedictionem. Conqueste sunt nobis dilecte in Christo filie . . . . Abbatissa et Conventus Monasterii in Boyceneborg, Cyfterciensis ordinis, Caminensis diocefeos, quod Thidericus de Kerkowe, miles, Petrus, Georgius, Richardus et Thidericus, eiusdem militis filii, armigeri dicte diocefeos, infra limites parochie ecclesie beate Marie dicti loci Boyceneborg, quam dicte abbatissa et Conventus in usus proprios canonicè obtinere dicuntur, quandam Capellam sine eorum assensu de novo temeritate propria construxerunt, in earundem abbatissa et conventus non modicum preiudicium et gravamen. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota, debito fine decidas, faciens, quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinion, kalend. Julii, Pontificatus nostri anno Duodecimo.

XXXVII. Ludwig der Baier verkauft dem Kloster Marienpforte die Bede und alle Jahres-Einnahme in Hardenbeck für 156 Mark Silbers, am 8. März 1330.

Ad perpetuam memoriam subscriptorum. Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Comes palatinus Reni, dux Bavarie, sacri Imperii archicamerarius, notum esse volumus univerfis, presentes auditoris litteras, vel visuris, quod devotis in Christo personis abbatissa et conventui sanctimonialium clauftri Boyceneboreh, cisterciensis ordinis, dedimus et donamus in perpetuum donacione sollempni, precariam totam et omnimodam denariorum et annone, atque alterius rei cuiuslibet super villam hardenbeke, perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam, renunciantes consueta et sollempni renunciacione dicte precarie atque proprie-